



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118596

§. 68. Scotiæ Regina ab Elisabetha ad firmandum Edinense foedus sollicitata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66624)

Sæcul. XVI.

A. C. 1561.

§. LXVIII.

Scotiæ Regina ab Elisabetha ad firmandum Edinense foedus sollicitata.

*Buchan. hist.
Scot.
Thud. &c.*

Hæc dum interea gerebantur, Regina ad Elisabetham Angliæ Reginam Mætellanum Comitem ablegabat, qui Mariam Reginam Edinum venisse nuntiaret, simulque peteret, ut arctiori concordiae vinculo Anglos inter, & Scotos facto, per publicum decretum, nullique controversiæ obnoxium Maria tanquam legitima Angliæ hæres ab Elisabetha declararetur. Hac propositione Anglorum Regina omnino attonita Mætellano Comiti respondit, quod aliam a Scotiæ Regina legationem expectasset, spemque concepisset, ab illa foedus, quod Edini nuper initum erat, ratum haberi, cum id se facturam, dum adhuc in Galliis agebat, promisisset, ut proin Angliæ Regina sat mirari haud possit, nullam de hoc articulo mentionem fieri. Ad hæc Comes nil intentatum reliquit, ut Mariam Reginam excusaret, caussatus, quod ab adventus sui die nullum tempus habuerit vacuum, in quo maximi momenti negotia, quibus in Scotiam appulsa infudaret, ad debitam normam revocare potuisset. Hoc responso Elisabetha Regina primo contenta videbatur:

fr. tur; quoniam vero Maria se proximam Sæcul. XVI.
Regni hæredem declarari petebat, ad A C. 1561.
hæc Elisabetha respondit: „ Nolo me
„periculo exponere, ut solem Orientem
„a subditis meis adorari permittam, (*)
„nec unquam committam, ut Scotiæ
„Regina mihi viventi coronam eripiat,
„illud tamen a me expectare poterit,
„nunquam a me quicquam fieri, per
„quod me fatis functa, ipsius jus in An-
„glia Regnum aliqua ex parte læda-
„tur, aut imminuatur: vicissim vero æ-
„quitas petit, ut Maria quoque ob u-
„surpatum Angliæ Reginæ titulum, &
„insignia mihi plene satisfaciat, ac pol-
„liceatur, quod in posterum ab utroque
„abstinere velit.

§. LXIX.

*Scotiæ Reginæ rationes pro hoc fœ-
dere nullatenus confirmando.*

Scotiæ Reginæ ad eludendam Edinen-
sis fœderis confirmationem a se pe-
titam validissimis urgebatur rationibus;
probe enim sibi perspectum habebat,
quod

(*) Hoc proverbium Scotis erat usitatum,
quo indicabant, subditos magis esse propensos,
ut solem orientem, quam occidentem adorent,
seu potius Regni successori, quam ipsi Regi
adhæreant.